





9522

Disputatio Tertia.

A PRINCIPIO CAPITIS SE
CVNDI, vsq; ad illum locū in Ter
tio cap. Nunc ꝑo absq; lege.

INitio Secundi capitis est ἀποσοφία ¹
Lad hypocritas, qui legem de exter
nis tantū factis interpretantur, & ex
infectatione, palam sceleratorum, sibi
laudem iustitiæ arrogant.

Hos esse inexcusabiles, duobus Syllo, ²
gismis pbat, maior prioris syllogismi,
est in fine primi capi., τὸ δικάσιμα Dei
est aduersus facientes & cōsentiētes.

Conclusionem minori præposuit, qua ³
propter es inexcusabilis. Minor hæc
est, eadem. n. facis quæ iudicas.

Alteruꝝ syllogismus est, Ille est inex ⁴
cusabilis, qui contra seipsum pronun
ciat, hoc faciunt qui iudicant alios, &

C eadem

faciunt. Probatio minoris huius syllogismi, & maioris precedentis est in hoc axiome, Iudicium Dei est secundum veritatem, Deus de occultis, sicut de manifestis de hypocritis, sicut palam facinorosus iudicat.

4 Obiurgationem sequitur Comminatio, hoc Dilemmate comprehensa Si eadem facis, quæ dānas in alijs, necesse est te statuere, aut quod possis iudicium Dei effugere, aut contemnere ipsius patientiam, quod poenas differat. Sed si statuis te posse effugere ipsius iudicium, tum non sentis iudicium dei esse secundum veritatem, sed esse istuc *προσωποληψία* sicut in humanis iudicijs vel Deum decipi posse, Si autem contemnis ipsius tollerantiam, & interparis eū non esse puniturum, quia differt poenas, thesaurizas tibi irā in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.

Cōmina

Comminationi inserta est adhortatio &
ad poenitentiam, nescis quod bonitas
Dei, te ad poenitentiam inuitat, in qua,
insigni Antithesi, bonitatem Dei no-
strae malitiae oppositam, illustrat.

Diuitiae diuinæ bonitatis sunt, ἀροχὴ &
καὶ μακροθυμία quibus nos ad poeniten-
tiam inuitat, nostrae malitiae sūt καταφ^η
ρονεῖν, σκληροκαρδία, ἀμετανοία, ἀγνωσία. hoc
est, ignorantia, & contemptus iudicij
Dei, in poenitentia, & duritia cordis,

Ad hanc cōminationem pertinet, hæc >
legis sententia qui redditurus est vni-
cuique iuxta opera sua in qua fidem cū
operibus commiscet, more legis, quæ
de fide sicut de opere loquitur, & sub vo-
cabulo operis, vniuscuiusque iusticiam
aut iniusticiam cōprehendit, sicut Eze-
chielis XVII. in iusticia quam opera-
tus est viuet zce.

Hanc esse huius loci συνεκδοχὴν Paul: 8
C ij hac

hac distribucióne declarat, cum ait, ijs
qui iuxta patientiam boni operis glo-
riam, honorem, ijs vero qui sunt contē-
tiosi, & nō obtemperant veritati, id est
Euāgelio vētura est *θλίψις, ὀργή καὶ σενοχο-
ρία*, aduersus omnem aīam hominis p-
petrātis malū Iudæi primū & Græci.

9 Cum. n. contentiosos, & incredulos op-
ponit ijs, qui per perseuerātiā boni
operis immortalitatem quærunt, ma-
nifestum est eum de credētibus, & in-
credulis loqui, maxime cum primo ca-
pite dixerit, se Apostolatum accepisse,
vt fide obediatu Euangelio ab omni-
bus, & quito affirmat *ὑπομορὴν* esse af-
fectum fidei in iustificatis. Iustificati
inquit fide etiam gloriamur super af-
flictionibus sciētes quod *ἡ θλίψις, ὑπομο-
ρὴν κατεργάζεται.*

10 Neq; enim *θλίψις* in incredulis, efficit
ὑπομορὴν, sed *ὀργὴν καὶ σενοχορίαν*, sicut in
Iuda

Iuda, & latrone a sinistra Christi pen-
dente est manifestum.

Et si autem patientia nobis opus est, **11**
ne fiducia nostram amittamus, ut Pau-
lus inquit, & patientia probationem,
probatio spem augeat, & confirmet, ac
proinde recte dicatur credentes iuxta
patientiam boni operis quaerere vitam
aeternam, tamen spes futurae gloriae non
nititur patientia, sed fide per quam iusti-
ficati, pacem habemus cum deo per Do-
minum nostrum Iesum Christum, & ac-
cessum in hanc gratiam, in qua persi-
stimus, & gloriamur de spe gloriae Dei,
sicut Paulus infra quinto declarat.

Si haec contentiosus non satisfaciunt, **12**
potest breuiter dici Deum redditurum
esse unicuique κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν sicut Ch-
ristus in Euangelio dicit, ex verbis tu-
is iustificaberis, & ex operibus eorum
C iij cog

cognoscetis eos, sed tamen vitam æternam non deberi bonis operibus propter suam dignitatem.

13 Ceterum quod patientiã boni operis, & inobediẽtiam erga euangelium, ab alijs operibus: distinguit, & iuxta hæc duo vitam æternam, aut iram Dei cõtingere ait, manifeste cõfirmat nãram sententiam de mitigando τὸ ῥητορ̄ σὺν ἐκδοχῆν, scilicet vitam æternam non propter nuda opera, sed propter fidẽ dari. Neq̄. n. quisq̄ sic decipit vt putet Iudæos aut Græcos sine fide, posse operibus comparare vitã æternam.

14 Comminatiõĩ addita est amplificatiõ a personis, Iudæos & gentes, ex æquo reos esse, & subiecta est ratio, quia qui sine lege peccauerũt, sine lege peribũt, & qui in lege peccant, per legem iudicabuntur.

In hac

In hac autem Iudæorum & gentium **15**
exæquatione diligenter consideranda
est hæc sententia, non est apud Deum
προσωποληψία quæ opponenda est spe/
culationibus de prædestinatiōe, & sta/
tuendum quod sicut hæc conciones de
pœnitentiã, ad omnes pertinent, Ita
etiam promissiones Euangelij esse vni/
uersales, & ex æquo ad oēs pertinere.

Ex hac sententia non. n. auditores le- **16**
gis iusti sunt apud deum, sed factores
legis iustificabuntur, colligi non pōt,
Igitur opera iustificant, nisi posita cō/
stantia minoris, scilicet aliqui faciunt
legē, quod Christus, & Paulus negāt,
Christus cum ait, Moyses dedit vobis
legem, & nemo ex vobis facit legem,
& Paulus ex Dauide sententiã hãc
allegat, non iustificabitur omnis caro
coram Deo ex operibus.

Quod autem ait, gentes natura face- **17**
C iiij re ea

re ea quæ sunt legis, non sic intelligendum est, quasi legi satisfaceret, sed quæ ex naturali noticia sine lege scripta præstiterint externam disciplinam sicut Augustinus in libro de spiritu & littera, & in expositione Psal. LXII. clare affirmat

Ethnicum est quod Hieronimus, & alij qui eum sequuntur ex hoc loco colligunt, homines, ex lege nature, sine fide Evangelij seruari posse.

18 Ceterum est insignis hic locus de lege nature, eam esse legem dei, & quidem hanc ipsam, quæ tabulis Saxeis diuinitus insculpta est, Ita hominum mentibus esse impressam, ut ipsi in conscientijs sese accusent, damnent, aut absoluant, ac si in iudicio, ex lege scripta, & testibus conuincerentur. Estque hoc loco superioris sententiæ correctio, ubi dixit eos qui sine lege peccarent, sine lege perituros esse.

Hæc

Hæc sunt, fere ea, quæ in prima par, **19**
te distributionis & accusatione gentiũ
disputat, Nũc sequitur ἀποστροφὴ ad Iu
dæos in quo eos grauissime obiurgat,
Et non solum gentibus exæquat, verè
etiam ex inuersione argumentorum,
quibus se gentibus præferebant, pro
bat deteriores esse, & εἰρωνεικῶς eorũ ar
rogantiam deridet. Ecce inquit, tu Iu
dæus vis dici.

Et est videre hic Pauli artificiũ, quod **20**
dissimulatis eis prærogatiuis quas Iu
dæis detrahare non poterat, scilicet q̄
essent populus Dei, & eorũ essent ado
ptio, gloria, testamentum, lex, cultus,
promissiones de nascituro Christo ex
eorum genere, inuadit infirmiorẽ par
tem scilicet doctrinã & promissionem
legis, quam dicit ignominiosam nõ so
lum futuram eis quod turpe sit docto
ri cũ culpa redarguit ipsum, verũ etiã

C v maxi

maximā iram Dei, & grauissimas pœnas afferre, Quia propter eorū peccata nomen Dei inter gentes contumelia afficeretur.

21 Profecto hæc grauissima exaggeratio merito Christianæ religionis professores perterrefacere debet, quod eorum peccata sunt blasphemia nominis dei, & causa cur increduli in impietate persistant, & Christo maledicant.

22 Reliquum erat adhuc vnum argumentum de circumcissione, quod ab omnium temporū Iusticiarijs iactatur, si sacramenta non iustificant ex opere operato, Igit̃ frustra sunt instituta. Respondet Paulus de vno pro omnibus. Circumcisio habebat duplicem significationem vnā literalem, vel ceremoniālem hanc scilicet, quod circumcisus esset receptus in externā societate ecclesiæ, & debitor vniuersæ legis, sicut hic
& in

& in Galath. ait. Testificor aut rursus
omni circūcidenti se, quod debitor sit
vniuersæ legis faciendæ, Alterā Spūa
lem, scilicet, quod sit visibile signū inui
sibilis grææ, & remissionis p̄ctōrū q̄ fi
de accipiūt, hinc disputat de duplici cir
cūcissione corpis & cordis, de Iudæo p̄
fessione, & Iudæo re ipsa, Itē de spū &
litera.

Sed inserta est Rethorica ἀντιστροφῆ qua 23
inuertit Iudæorū argumentū, Circūci
sio nō prodest nisi legē obserues, sed si
milis erit gentiū præputio, Igit̄ si gen
tes legē obseruent fide, eorū p̄putiū p̄
vera, & spūali cordis circūcissione repu
tabitur, & damnabit tuā literalē circū
cissionem, id est fidutiam cerimonie, &
operis operati.

Facilius aut̄ intelligeēt hęc disputatio, 24
de Spū & l̄ra ex iij. cap. ij. ad Corinth.
iij. ad Philippenses. & ij. ad Collossen.
Istic. n. interpretať literā circūcissionis
esse ce

esse ceremoniam, lege p̄ceptam, vel fiducia ceremoniæ, & spiritū circumcisi-
onis esse significationē ceremoniæ ex
euangelio petendā, scilicet expoliationē
corp̄is peccati, vel remissionē pecca-
torū, per fidem ī benedictū illud semē
Dominū n̄m Iesum Christum qui p̄
nobis legem impleuit.

25 Exequationē, & extenuationē quæ est
in fine secundi capituli sequit̄ correctio
in principio tertij, quid igit̄ habet Iu-
dæus in quo præcellat?

26 Tribuit autē Iudæis egregiā laudē, qđ
īplis erant cōmēdata oracula Dei, fu-
itq; hic principalis politiæ Iudaicæ fi-
nis, vt in illo populo extarent clarę p̄-
missiones diuinæ, de Ch̄o venturo ex
eorum genere.

27 Correctionē sequitur occupatio, ī qua
p̄uertit gentiū raciocinationē, Iudæi
semper

semper fuerunt increduli & Chrm crucifixerunt, Igitur nihil profuerunt eis promissiones, & quia rñdet infra copiose cap. ix. hic tantum ἀνθυπόφορα abrūpit quæstionē, opposito dilemate ducente ad impossibile.

Quid n. inquit si quidā fuerunt incre 28
duli? nunquid eorū incredulitas fidem
Dei faciet irritā? id est, an nō aliquorū
infidelitas nocebit omnibus? aut faci
et Deū fallere fidem? absit inquit, Imo
esto Deus verax, oīs homo mendax.

Nam Dei fides, & veritas, in p̄standis 29
promissionib: sic nō p̄det ex hominū
meritis, vt inde etiam sit illustrior, quo
cōstet oēs hōies esse indignos, sicut in
fra xj. ait, Conclufit Deus oēs sub in
credulitatē vt oīm miserere, O p̄fun
ditatē diuitiæ & sapiæ & cognitōis dei.
Confirmat hanc sniam ex versu Psal. 30
Tibi solū peccaui, & malū corā te feci
vt iusti

vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris, id est, declareris iustus, in præstandis promissionibus: dum has non rescindis propter mea peccata quæ ad te tantum afferro.

31 Vberrima hoc loco cõsolatio est, pmissione misericordiæ nõ pendere ex merito, & illustriorẽ fieri, cū tantum peccata ad Deum afferimus:

32 Hęc ratiocinatio cogit eũ excurrere & obiurgare Blasphemos, q̄ ita colligunt, Si nostra iniustitia Dei iustitiã cõmendat, Igitur Deus iniuste nos punit, Si misericordia Dei est illustrior, quia iustificat peccatores gratis, sine operibus: cur nõ facimus mala vt inde veniant bona? cur nõ permanebimus in peccatõ vt gracia Dei abundet?

33 His blasphemis infra copiose rñdet cap. vi. hic tantũ ἀνθυπόφορα abrumpit, eorũ argumẽta, firmiore opposito, Ab

sit inqt, vt pij sic sentiāt, sicut blasphemī, aiūt eos docere, alioqui quomodo iudicabit deus hunc mundū si nō puniet impios?

Euangeliū docet Deū gratis iustificār 34
pctōres sed poenitentes, & fidentes p
missioni gratuitaē misericordiā, & dā
nare incredulos, & hypocritas qui fi
dunt suis meritis.

A digressiōe redit ad institutā 'exeq̄ti 35
onē Iudeorū & gentiū, Neq̄. n. hęc duę
ad eandē qtōem respōsiōes multū qdē
p oēm modū p̄stat Iudeus ethnico, &
nequaq̄ nos Iudei p̄cellimus gētes, in
ter se pugnant, q̄a priā pe p̄cellētia p̄
missionū, altera de eq̄litate pctōrū loq̄t

Id clarē ē ex epilogo, quē attexit, nā 36
āte causis redditis ostēdimus Iudæos
& gētes oēs sub pctō esse, & ex additis
testimonijs ī quib: p̄phæta, oēs hōies
nllō excepto, accusat atrocissimorū sce
lerū cōtra primā & secundā tabulā.

37 Et ne calumniarentur Iusticiarii hunc psalmum quem citat, de incredulis ante diluuium factum esse, applicat specialiter ad Iudaeos, & ait Dauidem ad hos, qui de iustitia legis gloriarentur, locutum esse, ac proinde infert, rursus conclusionem uniuersalem, ut omne os obturetur & subditus fiat totus mundus Deo rationem addit, hanc uniuersalem, & Propterea quod ex operibus legis non iustificabitur ois caro coram eo.

38 Cum autem accuset oes homines atrocissimorum scelestorum contra primam & secundam tabulam, manifestum est eum non de Mosey ceremonijs, sed de Decalogo loqui.

39 Deinde hoc clarum est, Paulum non de iustitia ciuili, neque de fine legis politico, sed de iustitia coram Deo, & de usu legis in vera poenitentia disputare, cum inquit per legem agnitio peccati.

1. Buch der Heiligen Schrift: 1. Buch der Könige

1. Buch der Könige: 1. Buch der Könige

Landesschule Grimma

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

25.8° 2079+ ✓

